

PAMPHILUS DE STRASSOLDO
(1536)

Sigismundo Regi Poloniae

89

1. Cum obitua Regis credidimus hunc nos et ceteros ducimus cum fratre ipso post
ad se transitos decessum regis propter mortem eius in ecclesia statua canentes
sunt loco tumulari quod et communio decessum regis in via media. Huius proxime sicut
miserere mercatorum discantum decessum regis suum habent. Nihil est. Quod est. Cuius decrevimus
ad mortuorum. Quod est. Hoc non habet. Dilectus regis amans. Nam regis facta est. Quod est sufficeret. Ceterum
particulariter decessum regis significandum. Regis tam publicati et laudari ab omnibus
electropelicanis et episcopis ad premitorem dei in ecclesia mandatim. Libenter enim tunc et
eata est propria munera. proprias tractatis. et Bullam substante significandam
non solum pro morte. sed pro amore regis te' nra dominus. Nam enim ipso celebratio
canalis ad hoc mittatur a nobis. ut heres tollantur. dissensiones complicantur. ecce
in mortuis reformati. franguntur omnis expeditio. Absentia perditissima. Tunc
qui in istius habeat celebrationem concilii significandum. quod tibi. qui sumper festinamus
electro. letabatur. Athleta pia gmina adcessus impies exercutus et omnes heres
1. agnitionis et a tuo Regno et dominiorum comitatu regnante. Regis per eum habentes
veladas ita ppul. et opinantur a pietatum decessum regis celebrationem concilii tangi
est. Iuxta vero singulari pietatis entitacionibus remedium letabatur et sic acceptum esse.
Sed tunc per gratiam. scilicet ad te dedica opera desiderium simile. Pamphiliu a Strassoldo sedis
in hac diebus. Diu in pietatis et regenerationis. et inequum camardiam. et humectum nrum patrum
properiit. Propterea latet. ut se h' tua hoc sanctum et salutare opus particulariter significare
tibi. Regis obitum. et credidimus. et epi' tuum Regni et dominiorum idem agere et
ad hoc pietatis et regenerationis. et humectum patrum et regnum in domo. ut eis suorum
et velut ergo. regnum. pietatis nichil. videtur concilii omnium fidei et ipsius. ac salutis p.
bellicos distractos tuos intercede. utque electropelicanis. epi'. et alijs tractum Regni
et dominiorum. Pamphiliu Regis sperat. hinc sine. omnium adhesione opera ac studi
coram et effato nobis. curia non dubitamus te' tuo etio' scilicet rega eis ha-

Minuta litterarum credentialium Pauli III pro Pamphilo de Strassoldo
Sigismundo I, regi Poloniae, 10 IX 1536 datarum (cfr. N. 1)

(AV, Arm. 41, ms. 3 f. 89r)

N. 1

Litterae credentiales

**Pauli III pro Pamphilo de Strassoldo
Sigismundo I, regi Poloniae, datae**

Romae, 10 IX 1536.

Commendat Pamphilum de Strassoldo, quem mittit in Poloniam, ut concilium oecumenicum, 23 V 1537 Mantuae inchoandum, intimet.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 3 f. 89r.

- Ed.: Raynaldus XIII, p. 429.

- Ed.: Ehses CT IV, p. 37-38 (cum abbreviationibus).

Sigismundo Regi Poloniae

Carissime. Etsi credimus, cum hae litterae nostrae Maiestati tuae redundantur, iam fama ipsa perlatum ad Maiestatem tuam fore de indictio per nos generali concilio, quod in civitate Italiae Mantua, loco omnibus tuto et commodo, celebrabitur, atque in XXIII mensis Maii proxime futuri inhoabitur, (^ain Dei nomine^a) decrevimus, tamen cum non contenti publicatione generali Romae facta¹, quae alioqui sufficeret, etiam particulariter per omnia Christianitatis regna eam publicari et divulgari^b ad pleniorum rei notitiam mandaremus, libentissime tuae Maiestati, per proprium nuntium propriasque litteras nostras^c significandam, non solum pro more, sed pro amore erga te nostro duximus. Cum enim ipsa celebratio concilii ad hoc intendatur a nobis, ut haereses tollantur, dissensiones componantur, Ecclesia in moribus reformatur, fiatque demum generalis expeditio adversus perfidissimos Turcas, cui iustius hanc celebrationem concilii significabimus quam tibi, qui semper fortissimus Christi athleta pia arma adversus impios exercuisti et omnes haereses a tuo regno et dominiis, (^dquamquam vicinas et validas, ita propulsasti, ut nemo haereticus te sciente in tua ditione diem unum vivere potuerit. Pro quo tibi Deus omnipotens ad hoc terrestre, quo frueris, etiam coeleste regnum numquam desiturnum adiiciet^d).

Itaque pro certo habentes, te, optimum ac pientissimum principem, ipsam celebrationem concilii, tamquam singulare praesentibus turbationibus

¹ Bulla inductionis concilii, publicata 2 VI 1536, edita est ab Ehses CT IV, p. 2-5.

remedium, laetanter et pie accepturum esse, mittimus ad te, dedita opera, dilectum filium Pamphilum a Strasoldo, Sedis Apostolicae protonotarium et intimum camerarium, nuntium nostrum, praesentium latorem, ut Maiestati tuae hoc sanctum et salutare opus particulariter significet, deindeque cum metropolitanis et episcopis tuorum regni et dominiorum idem agat et exequatur. Hortamur itaque Serenitatem tuam et rogamus in Domino, ut tuae inclytæ pietatis memor, eidem concilio omni favore adesse ac per te ipsum aut saltem per solennes oratores tuos interesse, utque metropolitani, episcopi et alii tuorum regni et dominiorum praelati, ad quos spectat, intersint, omni adhibita opera ac studio efficere velis. Sicut non dubitamus te, pro tuo singulari erga christianam rem publicam affectu, esse facturum^{e)}. Datum Romae a[pud] S[anctum] P[etrum], X Septembris 1536, anno secundo.

Blos[ius]

- a-a) *Adscriptum in margine pro expuncto in textu:* de consensu et assensu fratrum nostrorum SRE Cardinalium
- b) *Sequitur expunctum:* ab omnibus metropolitanis et episcopis
- c) *Sequitur expunctum:* et bullam sub plumbo
- d-d) *Adscriptum in margine pro expuncto in textu:* constantissime propulsasti
- e) *Sequitur expunctum:* Et quoniam omnium laetorum Maiestatis tuae debemus esse particeps, quodque ad Dei ipsius honorem, deindeque Christianitatis universae et huius praecipue Sanctae Sedis commodum etiam pertinet,

ut istic post te tui similes habeamus Reges, maxima [89v] hoc sumus laetitia perfusi audientes, quod natus tuus Sigismundus [Augustus] totius tui Regni Procerum unanimi consensu in Regem post te et in successorem tuum fuerit designatus. Idque tibi et illi paterno affectu gratulantes, feliciter vobis utrique vestrisque Regno et dominiis ac toti Christianitati evenire cupimus, futurumque speramus, ut et ille paternam virtutem ac pietatem referat, et referens pacem, felicitatem, longevitatemque vitam a Deo omnipotente promereatur.

N. 2.

Paulus III, pontifex maximus Bonae, reginae Poloniae

Romae, 10 IX 1536.

Iisdem fere verbis ac ad regem (v. N. 1), Pamphilum de Strassoldo, nuntium pro intimando concilio generali, commendat (etiam hic textus gratulationis de filio, in regem et successorem patris a regni proceribus assumpto, est expunctus).

N. 3.

Paulus III, pontifex maximus
Andreae Krzycki, aepo Gnesnensi

Romae, 10 IX 1536.

Convocationem concilii universalis notam facit, Pamphilum de Strassoldo, nuntium suum pro ipso intimando, commendat ac exempla litterarum illius convocationis pro suffraganeis eius et aliis praelatis suaे provinciae mittit publicandas.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 3 f. 90r. In f. 91r minuta similis brevis (in forma breviorre) ad epum Vladislavensem (cum expuncto: "per te...necnon universitatibus studiorum generalium in tua dioecesi existentium...mittendi") et, cum lectionibus variantibus, ad Cracoviensem (addito: "necnon universitati generali Cracoviensi mittendum") et Plocensem (addito et postea expuncto: "In hoc dicatur post 'verba': 'particulariter tuae Fraternitati', ob eius vicecancellariatus istius Regni dignitatem et auctoritatem" (v. infra, annotationem 10). In f. 91v enumerati sunt relictii episcopi metropolis Gnesensis (inclusis Varmensi et Culmensi), ad quos secundum istam formulam brevia confici debebantur. In f. 92r minuta similius brevium ad aepos Leopoliensem et Rigensem, cum nota suffraganeorum eorundem.

Archiepiscopo Gnesnensi²

Ven.lis frater, salutem. Quamvis oecumenicum, universale ac generale concilium de ven.lium fratrum nostrorum, S.R.E. Cardinalium, consilio et assensu [Romae iam est publicatum etc., ut in N. 1], tamen id etiam particulariter eidem tuae Fraternitati (^aper dilectum filium Pamphilum a Strasoldo, Sedis Apostolicae prothonotarium et nuntium nostrum, praesentium exhibitem^a), significandum ac exempla litterarum ipsius inductionis, tibi, pro te et suffraganeis tuis et abbatibus ac aliis ecclesiasticis praelatis et eorum capitulis, necnon universitatibus studiorum generalium, in tua et eorundem suffraganeorum tuorum dioecesibus existentium, una cum brevibus ad ipsos tuos suffraganeos mittenda et distribuenda, ut pleniore rei notitia per vos habita, omnia in dictis litteris contenta, te et illos concernentia, cum Dei nomine effectualiter adimpleantur. Fidem vero huius nostrae significationis, per nos tibi et illis per te factae, ad nos postea destinare curabis^b). Datum Romae a[pud] S[anctum] P[etrum] etc, die X Septembris 1536, anno 2^o.

Blos[ius]³

² Andreas Krzycki, qui translatus est ad sedem Gnesensem 27 X 1535.

³ Blosius Palladius, secretarius summorum pontificum inde a tempore Leonis X, annis 1540-1547 epus Fulginatensis.

- a-a) *Adscriptum in margine.*
 b) *Sequitur expunctum:* Et quoniam scribimus pariter Ven. libus Fratribus Leopoliensi et Rigensi Archiepiscopis eorumque suffraganeis, exemplaque litterarum inductionis authentica eis mittimus, his nostris alligata, fierique posset, ut ad eos ob nimiam distantiam et viarum discrimina noster Nuntius per venire diffideret, hortamur Fraternita-

tem tuam, eique iniungimus in Domino, ut si idem noster Nuntius Fraternitati tuae hoc onus putaverit relinquendum, velis litteras et exempla huiusmodi eisdem aepis Leopoliensi et Rigensi fideliter mittere, fidemque receptionis ab eis exigere, ad nos posteamittendam. Quod recipiemus a Fraternitate tua pergratum.

N. 4.

Itinerarium in Poloniā Pamphilo de Strassoldo propositum

[Romae, 10 IX 1536].

Cop. coeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 70r, 71r-72v.

Pro D.no Pamphilo

Forum Iulii dominiorum Venetorum:

Sanctus Daniel [San Daniele] - Venzona - Ponteva [Pontebba].

Stiria, provincia Regis Romanorum:

Vilak [Villach] - Feltrikirchin [Feldkirchen] - Sanctus Vitus [Sankt Veit] - Frisak [Friesach] - Naimark [Neumarkt in Steyermark] - Szaiflink [Scheifling] - Uczmark [Unzmarkt].

Carinthia, Comitatus:

Judemberg [Judenburg] - Knithifelth [Knittelfeld] - Leuben [Leoben]⁴.

Archiducatus Austriae:

Bruck [Bruck an der Mur] - Kriegel [Krieglach] - Spital [Spital am Semmering] - Sadwin [Schottwien] - Naikierchen [Neunkirchen] - Naistath [Wiener Neustadt] - Vienna - Urlikirchen [Ulrichskirchen] - Mislboch [Mistelbach] - Visthonicze [Dolní Vestonice in Moravia].

[71v] **Marchia Moraviae:**

Numcicze [Nemčice] - Samcicze [?] - Slawkow [Slavkov u Brna] - Viskow [Vyškov] - Olomuniecz [Olomouc], sedes Stanislai Turzo, Epi Olo mucensis - Lipnik - Granicze [Hranice] - Tezin [Česky Těšín, Cieszyn] - Ostrava.

Ducatus Slesiae:

Fristath [Fryštat] - Strumyen [Strumień] - Pczina [Pszczyna].

⁴ Haec distributio locorum inter provincias Styriae et Carinthiae est evidenter erronea ab auctore itinerarii proposita.

Regnum Poloniae:

Osswiemczim [Oświęcim] - Lipowiecz [Lipowiec] - Cracovia, sedes Iohannis Lataliki, Epi Cracoviensis⁵. Unde, accepto ductore, facile habebitur transitus ad Ser.mum Sigismundum Poloniae Regem⁶ et ad Rev.mos Archiepiscopos Gnesnensem et Leopoliensem.

Archiepiscopus Gnesnensis, Regni Poloniae primas, est Andreas Cricius, cuius suffraganei: Cracoviensis - Iohannes, Vladislaviensis - Iohannes⁷, Wratislaviensis - Iacobus⁸, Posnaniensis - Iohannes⁹, [72r] Plocensis - Iohannes¹⁰, Culmensis - Iohannes¹¹, Varmiensis - Ambrosius¹².

Archiepiscopus Leopoliensis - Bernardus Wilczek¹³, suffraganei: Premisiensis - Petrus¹⁴, Chelmensis^{a)} - Iohannes¹⁵, Vilnensis - Paulus¹⁶, Camenecensis - Sebastianus¹⁷, Kyoviensis - Franciscus¹⁸, Mednicensis - Wenceslaus¹⁹, Luceoriensis - Gregorius²⁰.

Livonia, in qua Aepus Rigensis²¹ est dominus in spiritualibus et temporalibus, cuius suffraganei: Osiliensis, Trabatensis, Coroniensis, Wyomensis, Sambiensis^{b)}, Pomosaniensis in insula Beatae Mariae, Ruteniensis, Woysoniensis, Semigalensis²².

⁵ Iohannes Latalski (1463-1540), epus Cracoviensis a 15 III 1536, postea aepus Gnesnensis (ab a. 1537).

⁶ Qui tunc Vilnae commorabatur, v. Gąsiorowski, p. 266.

⁷ Iohannes Karnkowski, epus Vladislaviensis ab a. 1531.

⁸ Iacobus de Salza (1481-1539), epus Vratislaviensis ab a. 1521.

⁹ Iohannes e ducibus Lithuaniae, epus Vilnensis, promotus ad ecclesiam Posnaniensem 15 III 1536.

¹⁰ Iohannes Chojeński (1486-1538), epus Plocensis ab a. 1535, regens cancellariae regni, qui tunc, mortuis antea cancellario Christophore Szydłowiecki (1532) et vicecancellario Petro Tomicki (1535), officia eorum exercebat, donec anno sequenti cancellarius regni et epus Cracoviensis nominatus fuerit.

¹¹ Iohannes Dantiscus, epus Culmensis ab a. 1530, postea Varmiensis (ab a. 1538).

¹² Recte: Mauritius Ferber († 1537), epus Varmiensis ab a. 1523. Notetur epos Culmensem et Varmensem antiquitus suffraganeos fuisse aepi Rigensis; tunc temporis tamen aepi Gnesnenses iura metropolitanorum erga eos sibi vindicare nitebantur.

¹³ Bernardinus Wilczek († 1540), aepus Leopoliensis ab a. 1505.

¹⁴ Petrus Gamrat, epus Premisiensis ab a. 1535.

¹⁵ Recte: Iacobus Buczacki († 1541), epus Chelmensis ab a. 1518, postea Plocensis (ab a. 1538).

¹⁶ Paulus Algimundus Holszański (†1555), epus Vilnensis a 15 III 1536. Notetur dioecesis Vilnensem ad metropolim Gnesnensem tunc pertinuisse.

¹⁷ Sebastianus Branicki (1484-1544), epus Camenecensis ab a. 1535, postea Chelmensis (ab a. 1538) et deinde Posnaniensis (ab a. 1539).

¹⁸ Franciscus Leopolita († 1544), epus Kioviensis ab a. 1534.

¹⁹ Venceslaus Wierzbicki († 1555), epus Mednicensis, alias Samogitia, ab a.1534. Notetur dioecsim Mednicensem ad metropolim Gnesnensem tunc pertinuisse.

²⁰ Recte Georgius Palczewski († 1544), epus Luceoriensis a 24 IV 1536.

²¹ Quem ab a. 1529 fuisse Thomam Schöning († 1539) constat.

²² Ab a. 1255 usque ad initia saec. XVI ad metropolim Rigensem pertinebant episcopatus recte vocati: Osiliensis (insula Osilia, Germanice Ösel, Estonice Saaremaa), Tarbatensis (Germanice Dorpat, Estonice Tartu), Revaliensis (Germanice Reval, Estonice Tallinn), Curoniensis (alias Semigallienis in Curlandia), Sambiensis (in Prussia septentrionali), Pomesaniensis (in Prussia occidentali, cuius sedes erat Marienwerder, seu Insula Beatae Mariae) necnon Varmiensis. Ex tribus aliis, qui hic enumerati sunt, episcopatus Ruthenensis ("in Ruthenia") erat primaeva denominatio dioecesis Rigensis, hic verisimiliter erronee substitutae pro Revalensi, quae in supradicto catalogo omissa est; episcopatus Wyomensis, est verisimiliter Vironiensis, qui initio saec. XIII erectus est pro Vironibus in Estonia (Virumaa),

- a) *In ms.: Chelmnensis*
 b) *Sequitur additum alia manu: Warmiensis*

N. 5.

Instructio prima
Pamphilo de Strassoldo data.

[Romae, circa 10 IX 1536].

Nuntius, antequam ex Urbe discedat, debet eligere sibi socios itineris viros exemplares et exigere in Curia brevia ac exempla bullae inductionis concilii ad regem, episcopos et abbates Poloniae, Lithuaniae et Livoniae, necnon provinciae Salisburgensis et ad Georgium, marchionem Brandenburgensem, qui in catalogo et itinerario sibi datis sunt enumerati.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 56r-v.
 - Ed.: Ciampi NIPR p. 61-62.

In nomine Domini. Amen.

Haec sunt, quae D.nus Pamphilus a Strasoldo, prothonotarius apostolicus et Ss.mi Domini Nostri, D.ni Pauli papae III, ad Ser.mum Poloniae Regem et eius Regni Praelatos nuntius destinatus, procurare et praeparare habet ante suum ab Urbe discessum.

In primis procuret ducere secum familiam, quae habitu et moribus clericalem modestiam praeseferat^{a)} et praestet, et ubique de se bonum odorem relinquat.

Ferat secum brevia ad Ser.mos Regem et Reginam ac Archiepiscopos, Episcopos, Universitates Generalium Studiorum Regni Poloniae, Ducatus Lituaniae et provinciae Livoniae, iuxta iam sibi datum catalogum omnium supradictorum²³.

Habeat item secum uniuscuiusque generis dictorum brevium exempla, facta pro numero brevium sibi datorum, totidem copias bullae inductionis concilii, sigillo D.ni A[uditoris] Cam[erae] et subscriptione alicuius notarii publici authenticatas. E quibus illa, quam Regi praesentare habet, sit in membrana impressa et aliquantum honeste comparata.

sed paulo post suppressus est; nomen vero episcopatus Worsoniensis referri potest ad insulam Wormsoe (hodie Vormsi), quae tamen pertinebant ad episcopatum Osiliensem. Cfr. Arbusow, p. 266, 270, 278, 285, 332.

²³ Cfr. supra, N. 1-3.

Desribat e libro taxarum Camerae Apostolicae numerum Abbatiarum praedicti Regni et Ducatus ac etiam Livoniae (quae in [56v] spiritualibus et temporalibus ad Aepum Righensem spectat). Et inter illorum numerum totidem similiter authenticas bullae copias ferat, prout inferius ordinatur distribuendas.

Non obliviscatur ferre secum iam sibi datum itinerarium²⁴ et catalogum praelatorum Regni Poloniae etc.²⁵, e quibus facile et recte negocium sibi commissae legationis, favente Domino, exequetur.

Et quia civitas Saltzburgensis non admodum distat ab itinere, quo in Poloniam itur, idcirco ferat secum brevia et bullae authenticas copias ad Reverendissimum D.num Cardinalem Saltzburgensem²⁶ et omnes eius suffraganeos, necnon totidem bullas similes, quot in Saltzburgensi Provincia Abbes reperiuntur, prout inferius ordinabitur distribuendas.

Ferat etiam breve ad Georgium, Marchionem Brandenburgensem, qui in Moravia (qua iter in Poloniam est) aliquod dominium habet et illic^{b)} commorari in plurimum consuevit²⁷.

a) *Correctum ex: praeseferentes*

b) *Adscriptum supra.*

N. 6.

Instructio secunda

Pamphilo de Strassoldo data

[Romae, paulo post 10] IX 1536.

Paratis quae in Urbe paranda erant, nuntius quam primum se conferre debet ad card. Salisburgensem (Lang) eique, vel - eo absente - eius vicario, breve et bullam inductionis concilii praesentare et ab eo litteras fidei super hac praesentatione exigere. Deinde, per Moraviam iter faciens, declinet ad Georgium, marchionem Brandenburgensem, cui similiter breve et bullam praesentet. Cracovia, salutato episcopo (Latalski) et accepto ab eo ductore, recta ad regem in Lithuaniae perget, cui praesentando breve ac bullam, utatur verbis honorabilibus ac intercessione Ioannis Andreae Valentino. Similiter, praesentando breve ac bul-

²⁴ Vide supra, N. 4.

²⁵ Iste catalogus invenitur in BV, Vat.Lat. 3915 f. 70r (eius minuta in AV, Arm. 41, ms. 3 f. 91v), cum tamen omnia nomina dioecesum et episcoporum, in eo contenta, inveniantur repetita in itinerario (inclusis etiam erroribus, v. N. 4), nulli usui visum est eum hic publici iuris facere.

²⁶ Matthaeus Lang.

²⁷ Georgius Hohenzollern († 1543) de Brandenburg-Ansbach, frater Alberti, ducis in Prussia, a rege Hungariae, Ludovico II, a. 1524 obtinuit in feudum bona Krnov (Jägerndorf) in confiniis Moraviae et Silesiae, versus septentrionem ab Opavia. De eius ad Lutheri doctrinam propensione v. infra, in instructione secreta (N. 7).

lam reginae (Bonae) et regi iuniori (Sigismundo Augusto), nitatur adiutorio Marci (della Torre) Veneti. Deinde perget ad aepum Gnesnensem, vel - si ex Lithuania commodius esset - prius ad Leopoliensem (Wilczek), ac ipsis eorumque suffraganeis brevia et bullam praesentet ac litteras fidei super hac praesentatione accipiat. Aepo Rigensi eiusque suffraganeis, ob distantiam, poterit similem praesentationem facere per aliquem ex suis.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 57r-60r.

- **Ed.:** Ciampi NIPR, p. 62-65.

- **Ed.:** Ehses CT IV, p. 38-40.

Instructio data D.no Pamphilo a Strasoldo,
Protonotario Apostolico et Ss.mi D.mi Nostri D.mi Pauli papae III
pro intimatione et publicatione generalis concilii ad Ser.mum Poloniae
Regem et eius Regni Praelatos nuntio destinato,
die [post 10]^{a)} Septembris MDXXXVI

In primis D.nus Pamphilus, implorato pie et sancte divino auxilio et habitis secum his, quae pro conditione huius sancti operis et Ss.mi Domini Nostri commissione prius in Urbe procuranda et praeparanda erant, quanto diligentius poterit (habita tamen bonae valetudinis conservandae ratione) ad Rev.mum D.num Card. Salzburgensem recta se conferat²⁸, cui brevia et authenticas bullae copias, tam ad dictum Cardinalem, quam ad eius suffraganeos directas, praesentabit, et totidem bullas, quot in omnibus eorum dioecesis abbatiae inveniuntur. Quae omnia praedictus Cardinalis, iuxta brevis formam sibi a Ss.mo Domino Nostro scripti²⁹, distribuenda procurabit. Ut autem id maturius fiat, D.nus Pamphilus etiam suam diligentiam et preces adhibebit.

Exhibebit etiam praedicto Cardinali formam litterarum fidei, quas facturi sunt omnes illius provinciae episcopi et abbates super praesentatione dictarum bullarum sibi facta. [57v] Non tamen similes litteras fidei a praedicto Cardinali requirat, sed oret Dominationem Suam Rev.mam, ut ad Sanctissimum Dominum Nostrum de praesentatione huiusmodi sibi facta rescribat et suffraganeorum et abbatiarum suaem provinciae litteras fidei mittat.

Quod si praedictus Cardinalis adeo procul a civitate sua abesset, ut ad eum non nisi magno viae dispendio D.nus nuntius declinare posset, tunc praesentet breve et praedictas bullae copias eius vicario generali, ac ab eo non solum petat, ut quae Ss.mus Dominus Noster praedicto Cardinali scri-

²⁸ Cfr. supra, N.5.

²⁹ De die 10 IX 1536, v. Ehses CT IV, p. 30.

bit, fideliter et diligenter exequatur, verum etiam fidei litteras super presentatione huiusmodi sibi facta praedicto D.no nuntio det.

A Rev.mo D.no Cardinali Saltzburgensi absolutus, Viennam Austriae pergit et inde per Moraviam iter faciens, breve praesentabit una cum bullae copia marchioni Brandenburgensi Georgio³⁰. Qui si forte longe a sua residentia abesset, tunc D.nus nuntius mittat ad eum breve et bullae copiam una cum suis litteris, quibus se excuset, quod non potuerit a destinato in Poloniam itinere ad Dominationem suam deflectere³¹.

Et quia per Olomucium, Moraviae civitatem, transire habet, visitabit illic omnino Rev.dum Patrem D.num Stanislaum Turzo, [58r] episcopum illius loci, virum praeclarum et doctum, cui breve et bullam praesentabit, et tot alias bullae copias, quot intellexerit in eius dioecesi abbates esse.

Cracoviae visitabit episcopum³², non tamen illi breve aut ellas bullas praesentabit, ea de causa quod executionem suaे commissionis a regia Maiestate incipere in mandatis habeat, sicuti ratio postulat. Habere se tamen dicat ad praedictum episcopum breve et bullas, tam pro se quam pro abbatis suaे dioecesis, quas Dominatio sua, post praesentationem regiae Maiestati et archiepiscopis regni factam, sit suo tempore brevi habitura. Utatur erga dictum episcopum omni humanitate et affabilitate, cum sit vir omni laude dignus et multae auctoritatis in regno Poloniae. A quo accepto etiam viarum ductore, facile et tuto ad Ser.mum regem et Rev.mos archiepiscopos Gnesnensem et Leopoliensem³³ ducatur.

Postea ad Ser.mum regem recta pergit³⁴, neque interim alicui alii quidquam praesentet. In praesentatione autem brevis et bullae regiae Maiestati facienda declareret optimam mentem Ss.mi Domini Nostri, quam habet super dicti concilii celebratione et Ecclesiae Dei reformatione et exaltatione atque amplificatione, iuxta tenorem bullae et formulam sibi datam. Poteritque, si vult, etiam addere gaudere plurimum Sanctitatem suam [58v] et gratias agere deo, quod in hoc desiderio augendae et ornandae Ecclesiae Dei talem regem habeat cum sua voluntate conformem.

Habet Ser.mus rex apud se D.num Ioannem Andream Valentimum Mutinensem, medicum et canonicum Cracoviensem, non parvae apud praedictum regem et reginam auctoritatis et gratiae³⁵, cum quo D.nus nuntius inita amicitia facile poterit, tam apud regem quam apud reginam, commissionem suam exequi.

³⁰ Vide supra, N. 5. Summarium minutae huius brevis, dati etiam 10 IX 1536, invenitur in AV, Arm. 41, ms. 3f. 88r.

³¹ Cum marchio tunc in Germania versaretur, ergo re vera supra dictam missionem apud eum non Strassoldo, sed nuntius in Germaniam destinatus, Petrus van der Vorst, absolvit (Ehses CT IV, p. 65).

³² Latalski.

³³ Krzycki et Wilczek.

³⁴ Sigismundo I Cracoviae absente, cfr. supra, N. 4, annotationem 6.

³⁵ Ioannes Andreas Valentino (ca 1495-1547), medicus aulae reginae Bonae ab a. 1520, canonicus Cracoviensis ab a. 1531. De eius auctoritate in aula regia v. Pociecha KB II, p. 59-63.

Post huiusmodi praesentationem regiae Maiestati factam et acceptis a Maiestate sua super hac re ad Ss.mum Dominum Nostrum responsoriis litteris, D.nus Pamphilus Ser.mam reginam visitet et apostolicum breve, qua decet reverentia, praesentet³⁶, pauculis additis verbis, praedicti brevis sententiae consonis, non tamen bullam concilii praesentet, aut concilium sic uti regi intimet, vel litteras fidei, aut quidquid tale hac de re petat. Poterit autem apud eam uti etiam opera Rev.di magistri Marci Veneti, ordinis Minorum Conventualium, qui in ea provincia minister sui ordinis, praedictae reginae admodum carus atque, si recte memini, eius confessor est³⁷.

Visitabit etiam Ser.mi regis filium, iam in regem a regno acceptatum³⁸. Apud quem non est opus aliis verbis uti, [59r] nisi Ss.mum Dominum Nostrum Celsitudinem suam cum benedictione apostolica salutare et se offerre felicesque ei successus a Domino precari.

Quod si regina aut etiam regis filius longe distarent a curia (id quod vel nunquam vel rarissime contingere dicitur), procedet D.nus nuntius, ante omnes alias, ad aepum Gneznensem, primatem regni Poloniae et legatum natum³⁹, apud quem omnia tractabit sicuti apud card. Saltzburgensem, excepto quod ab eo quadam dexteritate petet litteras facientes fidem praesentationis brevium et bullarum huiusmodi sibi factae, et ut similes litteras, a suffraganeis et abbatibus suae provinciae expeditas, quanto citius poterit ad Ss.mum Dominum Nostrum mittat⁴⁰.

Verum, quia facile fieri posset, ut rex in Lituania esset⁴¹, unde aepus Gneznensis plurimum distaret et Leopoliensis sibi proximior esset, tunc habebit praesentare brevia et bullas praedicto aepo Leopoliensi, servando semper formam sibi datam.

In Lituania constitutus, praedictus D.nus nuntius, si cognosceret [se] posse tuto in Livoniam proficisci, faciat pro suo iudicio et consilio tam regis quam aliquorum episcoporum, [59v] quos iudicare poterit huic Sanctae Sedi esse benevolos, et brevia et bullas aepo Righensi⁴², tam in spiritualibus quam in temporalibus Livoniae domino, iuxta formam solitam praesentet. Alias, si videret iter in Livoniam vel nimis longum et difficile, vel etiam for-

³⁶ Breve ad reginam Bona Sforza v. supra, N. 2.

³⁷ Marcus de la Torre Utinensis (ca 1480-1545), provincialis et commissarius generalis ordinis fratrum minorum conventionalium in Polonia ab a. 1517, professor theologiae Academiae Cracoviensis ab a. 1519, confessor reginae Bonae ab a. 1521.

³⁸ Sigismundus Augustus electus erat in regem adhuc novennis 18 XII 1529 et 20 II 1530 coronatus (v. Kolankowski ZA, p. 26-30); cum electio haec confirmari debuerit in comitiis regni mense Novembri a. 1536 celebrandis (Kolankowski ZA, p. 51 et 57), ideo in minutis brevium ad regem Sigismundum et reginam Bonam inserta fuerunt verba de eius recenti in regem electione, quae postea, explorata verisimiliter veritate, expuncta sunt (v. supra, N. 1-2).

³⁹ Andreas Krzycki.

⁴⁰ Vide infra, N. 12 et 15.

⁴¹ Re vera istic a mense Octobri 1535 usque ad finem Octobris 1536 commorabatur, v. Gaśiorowski, p. 266.

⁴² Thomas Schöning.

tasse non tutum esse, tractabit cum aepo Leopoliensi⁴³, aut alio magis propinquo episcopo, interponendo etiam ad hoc (si necesse erit) consilium et auctoritatem regiae Maiestatis, ut honestis expensis ipsius nuntii unus aliquis ferat brevia et bullas ad aepum Righensem praedictum, tam pro ipso quam suffraganeis et abbatibus suae provinciae. Ad quem idem nuntius scribat causam, quare non potuerit illuc personaliter accedere, et per eum, quem mittet, fidem praesentationis in scriptis accipiat, relicto ordine, ut medio illius episcopi, cuius opera in Livoniam praedicta brevia et bullas D.nus nuntius destinaverit, ad Ss.mum Dominum Nostrum litterae fidei super praesentatione huiusmodi mittantur, casu quo D.nus nuntius iam in reditu esset⁴⁴.

Oportebit autem, si forte brevia et bullas prius Leopoliensi aut etiam Righensi archiepiscopis D.num nuntium praesentare [60r] contigisset quam Gneznensi⁴⁵, excusare se postea apud eundem Gneznensem, quod quia post praesentationem factam regi, praedictis Leopoliensi et Righensi vicinior erat factus, idcirco, ne bis ad eosdem magno viae dispendio sibi redeundum esset, hanc occasionem, tam opportunam, non passus sit frustra praeterire.

His, ut praemittitur, executioni, auctore Domino, demandatis, D.nus Pamphilus nuntius, cum Dei nomine ad pedes Sanctitatis suae felici itinere revertatur, ab ea, pro re bene et prudenter (ut speratur) gesta, benigne excipiendus.

Quod supra dictum est: acceptis regiae Maiestatis responsoriis fidei literis etc., intelligendum est: si dederit. Alias enim non sunt petendae, sicut nec ab aliis, quam ecclesiasticis.

Sigillum annuli Piscatoris

Fabius Vigil⁴⁶

a) *Lacuna in textu.*

N. 7.

Instructio secreta Pamphilo de Strassoldo data

Romae, [circa 10 IX 1536].

*Committitur nuntio, ut formam praesentationis brevium et bullae indictio-
nis concilii, sibi datam, stricte observet. Commendatur ei summa prudentia,*

⁴³ Bernardinus Wilczek.

⁴⁴ Vide infra, N. 16.

⁴⁵ Andreas Krzycki.

⁴⁶ Fabius Vigil († 1553), secretarius summi pontificis, postea epus Fulginatensis (ab a. 1539) et deinde Spoletanus (ab a. 1540).

praesertim in praesentatione illorum marchioni Georgio, qui est acerrimus Lutheranorum fautor; nullam ab eo, vel ab alio quoquam, declarationem scriptam de concilio accipiat; in discussiones de fide et haeresi inducere se non sinat; omnia observet et postea in scriptis redigat. Eius "familia" sit exemplaris, non loquatur et epuletur nimis, ieunia more in Polonia vigenti observet, ne scandalum generetur, sicut olim Saxoni cuidam (Carolo a Miltitz), Leonis X cameario, in Germania accidit.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 64r-66v.

- Ed.: Ehses CT IV p. 40 (fragmentum de marchione Brandenburgensi).

Instructio secreta
data eidem Pamphilo a Strasoldo

Post instructionem datam D.no Pamphilo a Strasoldo, nuntio Apostolico ad intimandum generale concilium in Poloniam ituro, haec videntur animad-vertenda, quae ipse penes se in arcanis habeat.

In primis illud observet, ut in praesentatione brevium et bullarum Apostolicarum eodem modo atque iisdem fere verbis utatur apud omnes, tam regem quam cardinalem, archiepiscopos, episcopos, principes, mutatis tamen titulis et aliis quibusdam verbis pro personarum conditione, prout in forma huic secretae instructioni inclusa videri potest⁴⁷. Quod si quicquam in laudem regis aut cardinalis aut alicuius (^a-alterius archiepiscopi vel ^a) principis in principio orationis suae dicere voluerit, poterit id quidem facere, dummodo circa principalem materiam concilii a forma et sententia sibi data nequam recedat.

Quantum ad Georgium marchionem Brandenburgensem attinet, cum ipse semper fuerit acerrimus Lutheranorum defensor, dubio procul credendum est eum non ita recte responsorum sicuti alii facient, qui in oboedientia Sanctae Sedis Apostolicae perseverant, sed vel aliquid sinistri dicturum, vel saltem, sicuti alias fecit, se velle cum complicibus consultare. Eapropter magna apud eum dexteritate et prudentia utatur D.nus nuntius, praesertim quia nuper, cum Ss.mus Dominus Noster, quid Sanctitas sua haberet animi super generali concilio celebrando, ad praedictum marchionem [64v] scripsisset, rescripsit idem marchio ad Sanctitatem suam litteras non nisi honestas et aliquid pietatis prae se ferentes⁴⁸. Quidquid autem dederit responsi in litteris ad breve et bullae praesentationem, accipiat D.nus nuntius, vel si viva voce tantum respondebit, observet diligenter quae dicet et deinde domi de iis auten-

⁴⁷ Non invenitur.

⁴⁸ Quas litteras, 4 VIII 1535 datas, ed. Friedensburg NBD I/1, p. 472.

ticam notam fieri procuret per aliquem e suis notarium publicum, quem in accessu ad dictum Georgium, una cum suis aliis familiaribus tamquam testibus, secum duxerit, antea tamen de iis commonefactum et secreto, una cum praedictis testibus, requisitum. Quod si dictus marchio Georgius vellet aliquid in scriptis dare praedicto nuntio, ut id Ss.mo Domino Nostro tamquam iudicialiter insinuaret, nequaquam illud acceptet, sed quadam cum modestia dicat, se Ss.mi Domini Nostri nuntium esse, non autem cursorem aut notarium publicum. Supradictis autem duobus modis respective utatur etiam apud alios principes, qui aut viva voce tantum respondebunt, aut in scriptis aliquid sinistri exhibere tentabunt.

Caveat D.nus nuntius et sui alias movere disputationes super materia fidei aut haeresibus. Quod [65r] si ab aliis similes quaestiones moverentur, paucis verbis prudenter respondeat: Iam tempus prope esse, in quo de huiusmodi rebus in generali concilio discutiatur et decidatur, et eum ob intimationem et publicationem praedicti concilii esse solummodo illuc missum. Hoc, si cum aliqua honesta gravitate responderit, facile obstruet ora malignantium, usque adeo ut ex prudentia ipsum de his rebus tacere sint iudicaturi, et non quia ad ea nesciat respondere.

Si forte rex vel princeps aliquis de loco concilii quicquam contradicerit, respondendum: Ss.mum Dominum Nostrum non solum ex sua et Rev.morum D.norum Cardinalium prudentia (habita omnium nationum ratione) hunc locum prae caeteris elegisse, verum etiam et communicato prius consilio cum principibus christianis, eorumque in Urbe oratoribus, atque iis praesertim, quorum maxime id concilium interest, invenisse eos cum Sanctitatis suaे sententia conformes. Et si contradicere et altercari pergent, respondeat: Hanc materiam esse cum Sanctitate sua et reliquis nationibus discutiendum, se vero intimandi et publicandi concilii causa illuc esse destinatum.

[65v] Illud autem D.nus nuntius una cum suis perpetuo meminerit, ut iuxta divi Iacobi Apostoli verba, velox sit ad audiendum et tardus ad loquendum⁴⁹, praesertim apud eas nationes. Sic enim ab aliis in sermone non capietur, et quo animo erga Ss.mum Dominum Nostrum et hanc Sanctam Sedem sint affecti (licet de Polonis, per Dei gratiam et Ser.mi Regis curam et diligentiam hactenus semper catholicis et bonis, nihil sinistre sit suspicandum) et quid dicant aut adstruant facile cognoscet. De quibus omnibus in tempore Sanctitatem suam, sed non nisi per fidos nuntios et caute, certiore reddit.

Superfluum est D.num nuntium de iis, quae sequuntur, commonefacere. De cuius prudentia et innata probitate Ss.mus Dominus Noster est optime gnarus. Tamen id adnectendum est, saltem propter eius familiam, ut in sermone et factis sint bene morati, neque aliquid de se malum exemplum illis nationibus praebeant, sed tempore debito cultui divino in templis intersint, observent festa et pios ritus, quos a catholicis illarum partium viderint aut intellexerint observari.

⁴⁹ Jac. 1, 19.

[66r] Et quia in Polonia quarta feria ab esu carnium, sexta feria etiam a lacticiniis et ovis abstinent (diebus autem sabbati sicuti nos faciunt), idcirco eundem morem D.nus nuntius cum suis adamussim servet, neque de hac re quicquam obloquatur aut damnet.

In cibo et potu familiares eius modestia utantur, alternis compotationibus inter se non certent, et si alias ab aliquo illius regionis ad potum de more invitantur, hilari quidem vultu acceptare se fingant invitationem, sed in respondendo modum non excedant, ne id forte mali illis accidat, quod cuidam nobili Saxoni, camerario quondam Leonis X felicis recordationis, qui ab eo ob Lutheranam causam componendam in Saxoniam missus est, id tantum fructus reportavit, quod, saepe turbatus vino, de pontifice et Romana curia effutire inducebatur non modo quae facta erant, sed quae illi populi, ex malae in nos mentis affectu imaginabantur et optabant, et ea omnia scriptis excipientes, postea in conventu Wormatiensi nobis publice, coram tota Germania, exprobrabant⁵⁰.

In summa evitent omnem arrogantiem et intemperantium, praeseferant autem et re vera praestent pietatem et devotionem. Et in colloquiis et convictu erga omnes illos populos permistam quadam temperata ferant hilaritate gravitatem, ne alterutrum excedens alteri officiat. Nimia enim gravitas odium, nimia hilaritas contemptum parturit, quum apud omnes, tum apud septentrionales nationes, apud quas, si unquam alias, nunc maxime oportet uti prudentia et dexteritate. Quam si Dominus nuntius praestabit, sicuti Ss.mus Dominus Noster de eo sperat, poterit merito de Sanctitatis suae gratitudine et benignitate sibi maiores honores maioraque proemia polliceri.

a-a) *Adscriptum in margine.*

N. 8.

**Pamphilus de Strassoldo
Ambrosio Recalcato**

Cracoviae, 23 XI 1536.

Notum facit se 18 XI venisse Cracoviam, tempore quo comitia regni celebrabantur; 23 XI acceptum se fuisse a rege, qui se responsurum ipsi dixit, consultatione senatorum prius habita; eodem die audientiam habuisse apud regi-

⁵⁰ Agitur de Carolo a Miltitz, qui annis 1518-1520 re vera infeliciter coram Martino Luthero et Friderico III, Saxonie duce, operam summo pontifici praestabat. Mentio huius casus confirmat opinionem Huberti Jedin, quod omnes supradictae instructiones, Strassoldo datae, scriptae fuerunt a Hieronymo Aleandro (v. Jedin GKT I, p. 254-255, 551), qui in comitiis Vormatiensibus a. 1521 Leonem X reaepresentabat.

nam (Bonam), cum qua aliquas res secretas (de filio eius Sigismundo Augusto?) discussisse; paucos tantum episcopos in comitiis adesse, ideo necessarium ipsi fore Leopolim et Rigam properare, necnon in reditu ad marchionem Georgium declinare, quod - etiam comitiis regni tractationes eius procrastinantibus - redditum eius Romam usque ad Martium retardaturum sit; se tantum pensionem 3 mensium accepisse, cum autem peregrinationem eius per quattuor menses protractum iri censeat, ideo petit, ut de expensis sibi provideat.

Autogr.: Parma, AS, Carte Farnesiane, Estero, Polonia, busta 119, Strassoldo, f. 1r-v. In f. 2v inscriptio, sigillum et (vix legibile) alia manu: "Sig. Pamphilo Strasoldo. 23 Novembre. Da Cracovia. Ricevute a 3 di Gennaro. Arrivò là a 18 et fu accettato honorevolmente, benché non hebbe prima audience che a 23 per rispetto d'un convento che fa[n]no, dove intervengon Signori. Ha [...]".

- **Ed.**: Meysztowicz-Wyhowska I, p. 4-5 (omissis notis arcanis).

Molto Rev.do Monsignore, Signor mio colendissimo.

Dopo baciati li Ss.mi piedi di Nostro Signore etc. Arrivai qui in Craccovia alli XVIII^{a)} del presente, ben visto et honoratamente accettato, ma per le molte occupationi in che 'l Re Ser.mo è implicato, per havere chiamato li principali del Regno a un convento generale⁵¹, m'ha differita la prima audience fin hoggi. La qual havuta^{b)} et fatti gli atti miei in frequenti senatu, Sua Maestà per l'Arcivescovo Gneznense⁵² mi fece quivi officiosamente rispondere, et con molta osservanza rimettendosi a volerla consultare, et che poi risponderebbe. Uscito che^{b)} fui fuori, mi condussero alla Regina, oltra l'espettation mia, per[ché] a me non pareva conveniente inculcare queste visitatione regie così tutte in una fiata. Nientedimanco andai menato volontieri per spedirmi più presto, et presentai lo breve pontificio⁵³, accompagnandolo con quelle parole che a me parbero [sic] convenienti. Mi rispose Sua Maestà con filial reverentia *u[m]m[ph]t[g]o4+r+pRf pɔqufmpg[x]j̄i+o2531g cðpfur* visitatione voleva *30q[x]v pɔg mp[ue]jmpu+q 25*, un'altra volta voleva *qbgrp[un]fo* meco di 1; ho poi inteso da *vhony[.....]c) hRf u c w25nfmpqrbg+o* della *Lmn+q[x]* Roma la cancellaria *v+Lgf m.*

A questo convento non c'è de prelati che l'Arcivescovo Gneznense et cinque Vescovi: Craccoviense, Plocense, Premisiense, Camenecense et Chelmense⁵⁴, di maniera che mi sarà de bisogno ire in Rossia all'Arcivescovo di

⁵¹ Comitia regni celebrata Cracoviae a 11 XI 1536 usque ad 2 II 1537, v. Konopczyński, p. 48.

⁵² Krzycki.

⁵³ Cfr. supra, N. 2.

⁵⁴ Id est Krzycki, Latalski, Chojeński, Gamrat, Buczacki et Branicki.

Leopoli et in Livonia al Rigense⁵⁵, et ritornare per Slesia al Marchese Georgio Brandeburgense, attale [sic] che non potrò essere prima che a mezzo Marzo in circa a Roma. Massime ch'io non potrò usare da mò innanzi la diligentia che fin qui ho fatto, per la stagione ch'ogni dì si fa peggiore. Niente di meno non mancarò d'ogni celerità possibile.

Fin qui un semicorriere, che non voglio dir più, non m'harrebbe passato avanti se l'giusto impedimento di negoziare non m'havesse in qualche luogo trattenuto, et anche lo uscire di strada per ritrovare quelli con chi havea da trattare le cose commessemi⁵⁶. Nostro Signore mi fece dare danari per tre mesi et una lettera di cambio del quarto, della qual per amicitia me ne servirò ora qui, affine d'andar più provisto, massime che in paesi più lontani non c'è respondentia. Supplico V.ra Signoria sia contenta impetrare da [1v] Sua Beatitudine lo viatico per l'altro tempo, che necessariamente metterò più delli quattro mesi. Et certo, se non fosse ch'io ho tolto senza comprare sei cavalli in casa mia et da miei parenti, et un poco d'aiuto d'un Signore, così non so come havessi possuto adempiere lo grado della legatione. In manus tuas, Domine, commendo negotium meum⁵⁷.

Lo Re giunse qui a XII del presente. Ha ora un pò di podagra. Del resto è prosperoso. E' coetaneo di Nostro Signore⁵⁸. Lo figliuolo è di sedici anni, bellissimo principe, salutato et coronato Re⁵⁹; intraviene col padre ad ogni pubblica attione. Sabbato, che sarà XXV, m'ha designato l'udienza particolare per visitar Sua Serenità, che così ho in mandatis di fare⁶⁰. Certo che non so se in dodeci dì anchora m'habbia ad spedire de qui, tanto si negotia adagio, credo per questo lor benedetto Convento, lo qual è solito di farsi ogn'anno, ma per l'absentia del Re Ser.mo in Lithuania, sono tre anni che non s'ha possuto celebrare, et imperò c'è molto più che fare del solito, overo che negociare così ~~di pomerania~~. Nec plura, se non che risupplico V.ra Signoria a non mi levare la potente sua man da adosso, senza l' qual adminiculò sono da per me una vite che non può reggersi sola ritta. Et baciole la mano. Di Cracovia, alli XXIII di Novembre MDXXXVI.

Di V.ra Signoria molto Rev.da

eterno servitore
Pamphilo de Strasoldo

a) *Meysztowicz legit:* primi
b) *Adscriptum supra.*

c) *Charta abrupta.*

⁵⁵ Aepi Wilczek et Schöning.

⁵⁶ Aepum Salisburgensem, Card. Matthaeum Lang, in mente habet, apud quem missionem suam absolvit die 28 X 1536, v. Ehses CT IV, p. 43-44.

⁵⁷ Paraphrasis responsori horae breviarii, quae olim vocabatur completorium.

⁵⁸ Papa Paulus III natus est a. 1468, rex vero Sigismundus a. 1467.

⁵⁹ Vide supra, N. 6, notam 38.

⁶⁰ Vide supra, N. 6.

N. 9.

Pamphilus de Strassoldo
Ambrosio Recalcato

Cracoviae, 28 XI 1536.

Scribit se mittere, sicut praecedentem 23 XI datam, ita et hanc epistulam per manus servitoris reginae Bonae. Refert de audientia apud regem iuniorem (Sigismundum Augustum) pridie habita, quem hortatus est, ut vestigiis parentum suorum incederet; se fecisse illam adhortationem, quia audivisset illum Lutheranis favere, quam ob rem multi insinuant, ut concilium quam primum celebretur; se iterum etiam apud reginam fuisse, quae iura sua ad successionem ducatus Mediolanensis, mortuo duce Francisco, vindicasset et a summo pontifice defendi cupivisset. Regem responsum sibi daturum die 30 XI. Mittit copias epistulae Melanchthonis ad aepum Gnesnensem (Krzycki) et articulorum de concilio a Lutheranis Vitembergae publicatorum. Non obstantibus difficultibus, habitis litteris responsivis super intimatione concilii, iter suum prosequi promittit, cum tamen longius istic subsistere debeat, petit, ut sibi de expensis provideatur.

Autogr.: Parma, AS, Carte Farnesiane, Estero, Polonia, busta 119, Strassoldo f.

3r-v. In f. [4v] inscriptio, sigillum et alia manu (vix legibile): "Messer Pamphilo. De 28 di Novembre da Cracovia. R[icevu]ta a III di Gennaio. Ha visitato il Re giovane, al quale ha [...] non bona [openione]. Ha fatto una longa conversatione, così advertito da Prelati et [...] de la Regina. [...] si è doluta seco della [Casa?] et no gli vuol far la resposta, sì perché [...]. Manda copia di un capitolo [della lettera che].

- **Ed.**: Ehses CT IV, p. 50-51 (sine supradicto summario et notis arcanis).
- **Ed.**: Meysztowicz-Wyhowska, p. 5-6 (cum parte summarii, omissis notis arcanis).

Molto Rev.do Monsignore etc.

Dopo baciati etc. Per un corriere, a giornate tamen, di questa Ser.ma Regina, che si partise alli XXIII del presente per Venezia, detti aviso a V.ra Signoria del giunger mio qui in Cracovia et della prima mia audienza, havuta dalli Ser.mi Re et [...]^{a)} Regina⁶¹. Ora parte da qui un gentiluomo Italiano, auditore della Regina, pur per Venezia et poi per Bari⁶², raguagliarò V.ra Signoria di quello che per me è stato fatto dapo le precedenti. Hieri solamente

⁶¹ Vide supra, N. 8.

⁶² Franciscus Grosso Venusinus, auditor generalis reginae saltem ab a 1532.

visitai lo Re giovane⁶³, né prima ho havuto copia de farlo, perché dui frate m'hanno dato 'l dì et levatolo⁶⁴. Tanto che hieri pur mi condussero alla visitatione di Sua Celsitudine. La qual visitatione dissi fare per mandato di Nostro Signore, et che in nome di Sua Santità, con la beneditione apostolica et con affettione et amor paterno, la salutava, eshortandola a voler seguire le vestigie della santa lor prosapia Iagella (che così si chiama questa regal et certo santa famiglia che regna adesso), et massime le fresche et presenti orme dell Ser.mi Re, padre et madre di Sua Serenità, la cui fama, virtù et religione muove gli animi dell essteri ad imitarli; nonché Sua Maestà, che è lor figliuolo et che continuamente ha così lucido specchio et esempio avanti gli occhi, e cose simili, con le debite offerte etc. Questa eshortatione non ha vea già pensato di usare seco, ma così *nbbwqnmkbodprz+Rbmrpmoympt* da molti *dptg+kfmp20ggmohbgxhRtfhnflbodptsm4ptzhmmq* a tal che mi parea proprio che le parole *vthfgjpbogmstfmp28mpnfovckmoforse o per l'età o per qualche preuditio visto*⁶⁵, che non *mpfnLbhwqgfp+mp25qfmp11g30mp+nlmo* del drino *LmRbgfLwoLmufhwmp* et molto per questa ragione mi dicono *gfqdptgmkfo* che desiderarebbono lo concilio si facessi [sic] presto.

Sono stato la seconda fiata dalla Regina et m'ha detto la causa perché si *gwagtqfmp1q*, laqual è quella che nell'altra mia scrisse essermi stata detta, cioè per *qmolmmtmp* della *LmhLrsmptqurnm*, o darà *mifqfsunkpfjuxoh fdwkf2nywplfmo*, a che ella [3v]*dptkthqoq*. Ho risposto che tutte le attion *gmp1q* sono *zfunkta*, et che così deve essere *xutnkmg*. Ma non essend'io informato di questa Casa, ^{a)}non sappea ^{b)}render la ragione perché *2qggminog wpmqg+kmg*, et che questo sappea io bene et ne potea far testimonianza che l'eccellentia del duca Francesco morto teneva la F. M. del Ill.mo Signor *cwownwmpdtponywqdmphkt*⁶⁶. Sua Maestà m'ha pregato ch'io alla tornata mia ne voglia parlare a Nostro Signore et che mi darà lettere in tal materia a Sua Beatitudine et etiandio d'altra cosa.

Lo Ser.mo Re non m'ha anchora risposto, se no alle ceremonie nella prima audienza per bocca dell'Arcivescovo Gneznense. Giovedì, che sarà l'ultimo di questo mese a Domenica [sic] dicono che in pieno senato, ut me suscepit, mi farà rispondere, perché volse, com'è solito, a consultare.

Mando la copia d'una lettera del Melanthone, compagno e forse più dotto di Luther, scritta all'Arcivescovo qui di Gnesna, datami da Sua Signoria Rev.ma et Ill.ma. Laqual lettera a me non dispiace, parendomi che voglia già

⁶³ De praeparatione huius visitationis apud Sigismundum Augustum vide in N. 8.

⁶⁴ Agi videtur de Marco de la Torre (v. supra, N. 6) et Francisco Lismanino (1504-1566), consiliario reginae Bonae, custode conventus Cracoviensis OFMConv ab a. 1533, qui postea (ab a. 1545) favere coepit reformationi protestanticae et tandem apostatavit ab Ecclesia Catholica a. 1554.

⁶⁵ Agebatur verisimillime de Sigismundi Augusti ad Lutheranos inclinatione, sicut demonstrat instructio postea a Paulo III Hieronymo Rorario data (v. Rorario N. 6).

⁶⁶ Pociecha opinatur agi hic de ducatu Mediolanensi, in quem, mortuo duce Francisco II Sforza († 1 XI 1535), regina Bona, illius legitima haeres, filium suum Sigismundum Augustum introducere cupiebat (v. Pociecha KB IV, p. 280-281). Mentio "Casae" in textu suspicari tamen facit agi hic potius de rebus, quae tractatae postea fuerunt privatim a nuntio Rorario (v. Rorario, N. 17).

redire in viam⁶⁷. Mando etiandio li articoli Lutherani del concilio, stampati in Witemberg⁶⁸. Li quali credo bene che molto prima de questi Nostro Signore gli harà [sic] havuti. Se così è, quella gli abbruscia, che in ogni modo meritano el fuoco.

Io per questo caldo di stuphe ho gli occhi pieni d'una fastidiosa lippitudine, et per aggiunta li snangoglioni anchora. Ma mi sforzo di non interlasciare negotio alcuno et aggiungere alla buona inertie [sic] che ho nelle attion mie, etiandio diligentia et sedulità, quand'altro non sia. Havuta la risposta et lettere responsorie, se me le daranno, del Ser.mo Re et prelati che qui sono, et etiandio presa licentia da chi si deve, me riandrò più oltra al mio camino. E' ben vero che mi bisognerà più viatico che per lo quarto mese, come nell'altra mia ho scritto a V.ra Signoria⁶⁹, perché se adesso mi voltasse per tornare a Roma, stante la pessima stagione et brevità de giorni, non potrei essere a tutto mio potere, se non alla fine di Gennaio, o forse più oltra, nonché havere a cercare anchora altro camino. Venirà al tempo debito un mio parente a recordare a V.ra Signoria questa cosa, tanto a me necessaria, et etiandio ne scriverò a Nostro Signore. Supplico Quella [sic] a volermi aiutare in questo et in ogn'altro mio bisogno, come sempre per humanità sua ha fatto. Alla quale sono infranchabilmente obligato. Et baciola reverentemente la mano, perché non è sempre ora di ceremoniare. Di Craccovia, alli XXVIII di Novembre MDXXXVI.

Di V.ra Signoria molto Rev.da

eterno servitore
Pamphilo de Strasoldo

a) *Charta abrupta.*

b-b) *Adscriptum supra.*

N. 10.

Modus recognitionis super intimatione concilii a Pamphilo de Strassoldo insinuatus (exemplo dioecesis Olomucensis)

S.l., [XI-XII 1536].

Suggerit modum et ordinem, quibus epus Olomucensis praesentare debet suo capitulo cathedrali et abbatibus suaे dioecesis exemplaria bullae indictio-

⁶⁷ Agitur fortassis de copia ignotae epistulae, quam Melanchthon scripsit aepo Krzycki post ultimum interventum Pauli III, qui 18 III 1535 permisit archiepiscopo ultra agere, ut Melanchthon in Polonię veniret, ea tamen condicione, ut rex Sigismundus id permetteret. Historicis non constat de posterioribus tractationibus interventum hunc subsequentibus, v. Pociecha RMP, p. 420.

⁶⁸ Agi videtur de Articulis Smalcaldicis, autumno eiusdem anni 1536 a Luthero et Melanchthonne Vittenbergae compositis, cfr. Jedin GKT I, p. 258.

⁶⁹ V. supra, N. 8.

nis concilii et brevia summi pontificis, et dicere quaenam attestations eiusdem praesentationis ab eis sint requirendae.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 144r.

Hic ordo praemittitur a Rev.do D.no Stanislao, Epo Olomucensi, super recognitione generalis concilii, sibi per Rev.dum D.num Pamphilum a Strassoldo, Nuntium Apostolicum intimati, et per eundem Episcopum Capitulo Ecclesiae suae et eius provintiae Abbatibus insinuatus.

Primo, ponit breve Ss.mi Domini Nostri ad se scriptum super inductione generalis concilii.

Secundo, addit bullae inductionis Sacrosancti Concilii universalis ad se missae exemplar.

Tertio, [adiungit] eiusdem exemplaris bullae auscultationem et subscriptionem cuiusdam Stephani, notarii publici et Olomucensis Consistorii seu Capituli scribae, ex mandato magistri Ioannis Scomberger, canonici, vicarii et officialis Olomucensis, cum quodam sigillo apposito.

Quarto, eiusdem brevis inductionis concilii universalis exemplum Rev.do D.no Bernardo Jubek, decretorum doctori⁷⁰, et toti Ecclesiae Olomucensis Capitulo insinuat et publicatum declarat.

Quinto, inductionis generalis concilii recognitionem Rev.di Patris Martini, abbatis Ordinis Premonstratensis⁷¹, apponit.

Sexto, [addit] Rev.di D.ni Gregorii⁷² super eadem insinuatione recognitionem.

Postremo, quorundam abbatum subscriptiones [adiungit].

N. 11.

**Sebastianus Branicki, epus Camenecensis
Pamphilo de Strassoldo**

Cracoviae, 10 XII 1536.

Fidem facit se breve pontificium et bullam inductionis concilii e manibus servitoris eius recepisse.

⁷⁰ Bernardus Zubek (†1541), decanus capituli Olomucensis, postea epus eiusdem dioecesis (anno 1541).

⁷¹ Martinus de Přemyslovice, abbas monasterii Praemonstratensium in Hradisko (hodie suburbium Olomucii) annis 1530-1548.

⁷² Nescitur quis iste fuerit.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 142v.

Sebastianus Braniczki, Regis Poloniae Referendarius,
Pamphilo a Strasoldo, Protonotario Apostolico et Pauli papae III nuntio etc.

Rev.de Domine et amice gratiose ac honorande, salutem et sui commendationem. Scire dignetur V.ra Rev.da Dominatio breve Ss.mi Domini Nostri papae et transumptum bullae convocationis concilii generalis, per suam Sanctitatem indicti, traditum in manus meas esse per servitorem V.rae Rev.dae Dominationis, ad me missum. De qua Suae Sanctitatis gratia magnas gratias ago, si[c] ut eius Sanctitas demandare mihi dignatur, pro virili mea eniti curabo, idque V.rae Rev.dae Dominationi specialiter mereri volo. Cuius me gratiae commendo, eamque felicissimam esse ad vota eius cupio. Cracoviae, X Decembris, Anno Domini M.D.XXXVI.

Ad vota semper paratissimus

Sebastianus Braniczki, confirmatus Camenecensis
et Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Referendarius
manu propria.

N. 12.

**Iacobus Buczacki, epus Chelmensis
Paulo III, pontifici maximo**

Cracoviae, 10 XII 1536.

Fidem facit, nomine suo suique capituli, se breve eius et bullam inductionis concilii a nuntio (Pamphilo de Strassoldo) recepisse et in dioecesi sua intimasse. Gratias agit pro dicti concilii convocatione.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 141v-142r. In capite textus inscriptio litterarum.

Sanctitatis V.rae devota et humilis creatura Iacobus, Dei et Apostolicae Sedis gratia epus Chelmensis, post oscula pedum Sanctitatis V.rae, fidem facio cum capitulo Ecclesiae meae Chelmensis, quod postquam Sanctitas V.ra mihi litteras in forma brevis cum aliarum litterarum inductionis Concilii Generalis transumpto, per Sanctitatis V.rae specialem nuntium particu-

lariter directas, quibus Sanctitas V.ra mihi hoc ipsum, Deo favente, consilium significavit celebrandi, easdem litteras, ob reverentiam Sanctitatis Vestrae et obedientiam Sedis Apostolicae, in primis cum summa veneratione, debito filiali honore et sinceritate, cum summo desiderio excepti et praemissio osculo aperui ac cum maxima bonitatis Sanctitatis V.rae contemplatione legi, ac lectas diligentissime, pro tam pio et sancto opere ac ad Sanctae Romanae Ecclesiae perpetuam futuram emendationem et haeresum et tantorum scismaticorum et novarum [142r] sectarum excogitatarum extirpationem et evellicationem, per episcopatum meum Chelmensem universum, universis et singulis meae dioecesis abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, quibuslibet personis utriusque status, solemniter per meas patentes litteras et processus, exemplum bullae Concilii Generalis una cum brevi mihi directo in se continentis, intimavi, insinuavi ac etiam notificavi ita, quod nemo de illic ac de contentis in eisdem, ac de concilio futuro indicto ignorantiam aliquam praetendere seu allegare poterit.

Sed nos et dictae personae in dioecesi nostra, omnes dioecesani multum fuerunt contenti de huiusmodi concilio, tamquam pio et sancto opere et proposito, summa cura Sanctitatis V.rae ordinato. Quod D.nus Deus ad finem bonum, prosperum et gloriosum perducere pro sancta religione et fide, ac ut Sanctitatem V.ram pro bona huius sacri concilii constitutione et determinatione conservare Deus Optimus Maximus dignaretur, ego, creatura Sanctitatis V.rae, cum toto clero et populo christiano dioecesis meae, pro incolumitate et sanitate Sanctitatis V.rae et aliis, qui ad fidem Christi et Ecclesiae Dei augmentum spectarent, Deum Optimum Maximum ac totam Curiam Supernam exoraturi. Praesentes manu et sigillo propriis nostris obsignantes. Datum Cracoviae in Comitiis regni generalibus, die X mensis Decembris, Anno Domini M.D.XXXVI.

Eiusdem Sanctitatis V.rae et Romanae Apostolicae Ecclesiae creature
 obedientiae humillimus filius
 Iacobus Chelmensis epus
 sua manu subscrispsit.

N. 13.

**Pamphilus de Strassoldo
 Paulo III, pontifici maximo**

Cracoviae, 11 XII 1536.

*Notum facit se die 7 XII in sollemni audientia responsum regis obtinuisse,
 qui intimationem concilii laetus acceperit et personaliter vel per praelatos regni
 sui illi interesse promiserit.*

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 138r.

Ss.me Pater. Post pedum oscula beatorum.

Alli 7 di questo, in consiglio, ho havuto risposta da questo Ser.mo re, la quale l'arcivescovo Gneznense, primate et legato nato in questo regno⁷³, con una oratione per nome di sua Maestà espouse, accettando volontariosissimamente l'intimatione del concilio, dando somma laude a V.ra Beatitudine per tal ottima mente ch'habbia voluto dar questo remedio a tante turbulentie che nella chiesa di Dio sono, commemorando molte cagioni et necessità di doverlo fare, cioè tante heresie penetrate nelli animi di tante nationi et che continuamente serpeno contra la volontà qualche fiata de boni principi, tante terre perse de christiani (et che tuttavia se perdono, perché qui si dice ch'el Turco habbia preso molte castella in Croatia et Schiavonia), tante cose interlasciate et alterate, et che in simil necessitate sempre l'antichi boni Pontefici ricorrevano a questo salutifero remedio, come li marinari nelle tempesta all'anchora; promettendo dal canto di sua Maestà fare ogni poter, sì di presentialmente intravenirci a questa santa synodo, come di mandare ad effetto ogni qualunque altra cosa a se pertinente, da obediente e bon figliolo di V.ra Santità et Sede Apostolica; pregando longa vita a V.ra Beatitudine per molte ragioni, ma maxime per questa sua santa volontà, inclinata et volta così al bene. Questo è il succo, Padre Santo, et substantia dell'oratione. La quale per ragguaglio di V.ra Beatitudine ho voluto scrivergle. Di cui, prostrato in terra, baso li ss.mi piedi etc. Di Craccovia, alli 11 di Dicembre 1536.

Di V.ra Beatitudine

menomissima factura
Pamphilo de Strasoldo

N. 14.

Sigismundus I, rex Poloniae
Paulo III, pontifici maximo

Cracoviae, 11 XI 1536.

Fidem facit se breve eius super convocatione concilii e manibus Pamphili de Strassoldo recepisse. Laudat nuntium et res ad regnum suum spectantes, quas illi commisit Romae tractandas, commendat.

⁷³ Andreas Krzycki.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 138r (ex originali, ad usum Hieronymi Aleandro).

Min.: Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 21 f. 46r (n. 958). Haec est alia (prima?) redactio huius epistulae, cum dato "9 Decembris 1536".

Ss.me et beatissime Pater et Domine, D.ne clementissime.

Post humilem mei regnique et dominiorum meorum commendationem. Accepi litteras V.rae Sanctitatis de indicto concilio generali⁷⁴ et quae praete-rea mihi nuntius eius, Ven.lis Pamphilus a Strasoldo, qui mihi in omnibus hic acceptus fuit, nomine eiusdem V.rae Sanctitatis retulit. Quae omnia quo animo acceperim, ipse nuntius latius V.rae Sanctitati referet. Cui discedenti a me commisi seorsum nonnulla negotia, quae ad me et bonum statum rei ecclesiasticae Regni mei attinent, V.rae Sanctitati referre⁷⁵. Cui humiliter supplico, ut benigne illum audire et preces meas, pro sua excelsa virtute ac bonitate paterna, exaudire dignetur. Commendo me et obsequia mea in gratiam Sanctitatis V.rae. Quam Deus Optimus Maximus pro commodo et incremento rei christiana diutissime servet sospitem et semper felicem. Cracoviae, XI die Decembris, Anno Domini MDXXXVI, regni vero mei anno tricesimo⁷⁶.

Sigismundus Rex Poloniae
manu propria subscrispit

N. 15.

**Andreas Krzycki, aepus Gnesensis
Paulo III, pontifici maximo**

Cracoviae, 11 XII 1536.

Nomine suo suorumque suffraganeorum fidem facit se litteras eius et copias bullae inductionis concilii a Pamphilo de Strassoldo recepisse, inter suffraganeos distribuisse et dictum concilium intimasse.

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 139r-v.

⁷⁴ Vide supra, N. 1.

⁷⁵ Agebatur probabiliter de condonanda regi annata a novis episcopis solvenda, cfr. Pociecha KB II, p. 74.

⁷⁶ Eodem die scribebat pontifici etiam regina Bona, notum faciens, quod Strassoldo "invisit ac salutavit me Sanctitatis V.rae nomine, pro quo ingentes habeo Sanctitati V.rae gratias, precans summopere, ut hoc pius institutum felix faustumque sit ad reipublicae christianaem salutem et pacem. Commisi etiam huius nuntio nonnulla Sanctitati V.rae meis verbis referre. Cui plenam fidem adhibere...plurimum rogo", BV, Vat.Lat. 3915 f. 139r (data erronee transcripta "VI" pro "XI").

Sanctissime in Christo Pater et Domine, D.ne clementissime.

Post humilem mei commendationem et oscula pedum beatorum. Reddi-
dit mihi [139v] litteras V.rae Sanctitatis simul ac diplomata inductionis sa-
cri concilii generalis D.nus Pamphilus a Strasoldo, nuntius eiusdem Sancti-
tatis V.rae⁷⁷. Quibus ego reverenter parens, e vestigio illa suffraganeis meis
distribuenda curavi, ut et illi iuxta mandatum V.rae Sanctitatis ea capitulis
et abbatibus suis declararent. Quod omnes sedulo exequuntur, neque in hoc
ulla committitur negligentia. Cuius rei hanc pro me et pro ipsis suffraganeis
meis V.rae Sanctitati fidem facio, ne pluribus scriptis V.rae Sanctitati mo-
lestiam exhibeamus. Commendo me iterum humiliter in gratiam V.rae San-
ctitatis. Quem Deus Optimus Maximus servet diutissime in columem et sem-
per felicem. Cracoviae, XI Decembris, Anno Domini MDXXXVI.

Humilis creatura

Andreas aepus Gneznensis
subscriptus⁷⁸

N. 16.

**Thomas Schöning, aepus Rigensis
Pamphilo de Strassoldo**

Kokenhuseni, 25 XII 1536.

*Fidem facit se breve summi pontificis, copias bullae inductionis concilii
Mantuae celebrandi ac eius litteras, per tabellarium eius missas, recepisse, eas-
que intimandas suffraganeis suis missurum. Dolet de morbo, qui ipsi venire in
persona ad se non permisit.*

Cop. coaeva: BV, Vat.Lat. 3915 f. 140r.

Thomas, Dei gratia Sanctae Rigensis Ecclesiae Archiepiscopus, pro recon-
gnitione Universalis Concilii a se facta, Pamphilo a Strasoldo, Protonotario

⁷⁷ Vide supra, N. 3.

⁷⁸ In ms. Vat.Lat. 3915 inveniuntur exemplaria similia "recognitionum super inductione universa-
lis concilii": Stanislai Turzo, epi Olomucensis, data 10 XI 1536 (f. 139v-140v), Thomae Schöning, aepi
Rigensis, data 25 XII (f. 140v-141r) et Iacobi a Salza, epi Vratislaviensis, data 20 XII eiusdem anni (f.
141r-v).

Apostolico et SS.mi Domini Nostri P[auli] papae III Nuntio, salutem cum omnis foelicitatis incremento.

Rev.de Domine, nobis sincere dilecte. Ss.mi Domini Nostri super inductione oecumenici sive universalis concilii, Mantuae XXIII Maii praesentis anni celebrandi, cum ad nos, tum ad suffraganeos nostros litteras directas, nec non inductionis et publicationis eiusdem concilii exempla vestrasque litteras, per tabularium v.rum exhibitas, reverenter accepimus, nec mediocriter [140v] casum v.rum indoluimus, qui ob longorum itinerum molestiam ac insueti aeris intemperiem in id morbi genus incideritis, quod vos ab instituto ad nos itinere averterit. Et quamquam nobis pergratum fuisse vos et ditiones nostras coram invisere ac Ss.mi Domini Nostri mandata exponere, non possumus tamen consilium v.rum, quo valetudini prospicere [et] vos secundioribus rebus servare studueritis, non vehementer probare.

Habemus itaque apostolicas litteras ac exempla nobis cum fidei v.ro tabellario officiose consignata, pro insinuatis nixe curaturi, ut et reliqua ad manus suffraganeorum nostrorum quamprimum perferantur et indictio concilii generalis eis intimetur, quodque in eo apostolicis iussionibus vestrisque hortationibus facit satis. Quas vero receptionis suffraganeorum nostrorum litteras consecuti fuerimus, una cum nostris responsoriis, quantocitius per itineris spacia longa licuerit, ad Ss.mum Dominum Nostrum perferri iuxta praescriptum curabimus. Vobis etiam, cui, pristinae (ut speramus) valetudini restituto, omnia laeta evenire ac nos Ss.mo Domino Nostro humillime commendari cupimus. Datae Kockerehusii⁷⁹, die XXV Decembris, Anno Salutiferi Partus M.D.XXXVII⁸⁰.

⁷⁹ Kokenhusen, arx aeporum Rigensium.

⁸⁰ Sequitur "Recognitio" (ut supra). Ex suffraganeis aepi Rigensis recognitionem misit summo pontifici solus, ut videtur, Ioannes Gellinghausen, epus Tarbatensis (fragmentum ed. Ehses CT IV, p. 52).